

254.
Monseigneur

N^o 92.

Pervenere ad manus meas exarata die 27. Martij
Illm^e Vestrae Excellentiae literae, et sicuti ad Termi-
num diu jam praeterlapsum Festi Purificationis,
S. Mariae, mihi, uti proximis literis meis innui, vigin-
ti septem millia florenorum, tantum sunt exsoluta
ita etiam hoc ferme momento Consiliarius Sibüller
hanc dat notitiam, quod Magistratus ante iminentia
Festa Paschatos, amplius aliquid non sit soluturus, sed
post festa. Deus scit quando omne residuum solve-
re vellet. Documenta mihi a parte Regia extraden-
da, scilicet Originale Regium Decretum, secundò assigna-
tionem ad Magistratum Gedanensem pro summa festi
S. Joannis, ac ordinationem ad Generalem Saxoniae
Accisam, hucusq; nec dum recepi, sperans et Recognitio-
nem meam non extradituram, donec et haec reddantur
juxta mihi ostensa hic projecta quorum habeo copias,
documenta, siquidem in Mündinis instantibus Lipsien-
sibus post Festa, assignatam summam quing. millium
talerorum, Generalis Accisa exsolvere difficultabit

absq̄ habita ad eam assignatione Regia, quae ut subs-
 quatur, promovere, atq̄ ut difficultas non fiat, Illm̄
 Vestra Excellētia prebavere, quam etiam literas S. R. M^{aj}
 ad Magistratū Dantiscanū ut pecunia numeretur
 quatuor ante Festū S. Joānis, etiam procurare digni
 ac ratione memoratarū Legionū quoq̄ memor esse ve
 ut quam citius habeam notitiam, si S. R. M^{aj} eas mihi C
 mentissimē datūra est, Evi coeterū Illm̄ Vestram
 Excellētiā divinae protectioni ac me ejusdem constanti
 mis comēdo favoribus, omniq̄ officiorū promptitud
 semper maneo,

Monseigneur,

P. S. Si etiam mandatū
 S. R. M^{aj} procurare,
 tur ad Büller, ut ille ex-
 solutionem illam, quatuor
 ante Festū S. Joānis septi-
 manis faciendam, Legio urge-
 ret nomine et efficeret apud
 Magistratū, fortassis sine
 effectu non esset.

de Vōtre Excellance

le tres humble & tres
 oblige serviteur

Gedani die 31. Martij.
 1711.

Ferdinand; Duc
 de Saxe

254

Dux Cantabriae d. 13 Martii
1718